Astu, generis neutri, ut cornu, pro civitate Atheniensi, quam *ἄστρον* vocabant, sed à Latinis mutatur *y*, in *u*, & fit Astu, ut inquit Priscianus. Ter. *in Eun.* An in Astu venit? Prob. Æmil. *in Alcibiad.* Postquam in Astu venit, concione advocata, verba sic fecit. ¶ Apud Latinos verò Astu, sive Astus, idem quod calliditas, *πεπλεύσας, quæ & Astutia* dicitur. Festus Pompeius apud Poëtas astutiam significat: cuius origo à Græco *ἄστρον*, hoc est, ab oppido deducitur, in quo qui versati assidue sint, cauti & acuti esse videntur. Ovid. *13. Metam.* Astu decipienda fuit. Vide infra in dictione *Astu.*

Astu, adverbialiter pro astutè ponitur, *πεπλεύσας.* Terent. *in Eunuch.* Quod si astu rem tractavit, dii vestram fidem, quantam & quam veram laudem capiet Partheno? Plaut. *Capt. sc. 1. a. 2.* Doli non dolunt, nisi astu colas.

Astu, adjct. videtur siuissime Plaut. *Trucul.* Si venerit Neistum Ecastor hodie astis confertum fallaciis.

|| Astutus, astu valens. Fest. ||

Astupē, es, ui, ère, est ad tem vel auditam, vel visam obstupescere. Stat. *Thebaid. lib. 3.* Astupet oranti. Seneca de Tranquillit. Quisquis divitiis astupet.

Astura, *ἄστρα,* flumen Latii, & insula in fluvij ostio. Plin. *lib. 3. cap. 5.* Antium colonia, flumen Astura, & insula. Et lib. *3.* Tenuit & nostra memoria navem Caii principis ab Astura Antium navigantis. Ab aliquibus etiam Stura dicitur. Unde Fetus, Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.

Asturia, *ἄστρα,* regio Hispaniæ in tractu Tarragonensi, Artabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Asturones vocati sunt.

Astur, is, *ἄστρος,* Gentile nomen est, cum significans, qui ortus est ex Asturia Tarragonensi Hispaniæ regione. Martialis pro possessivo usurpavit, Asturem *εγγύημ* dicens, pro Asturico, sive Asturicensi. Ita

enim habet in Distichis,

Hic brevis ad numerum rapidos, qui colligit unguis,
Venit ab armiferis gentibus Astur equus.

¶ Est item Astur, Herrusci cuiusdam proprium nomen, qui Æneas luppetias tulit adversus Turnum: de quo Virg. *lib. 10.* Æneid. ¶ Astur item Aristoteli *ἱππος, ἀστράς,* GALL. Austour, avis est. Asturum & Falconum meminit Iulius Firmicus *lib. 5.* Matheos. Vide *Trioches.*

Asturæ, *ἄστραι,* sunt Hispaniæ populi memoratissimi, Gallæcis, Artabris, Vardulis, & Cantabris proximi, aurifodinis & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non vulgatis in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. Plin. *lib. 8.* meminit Asturum multis locis *libri 3.* Silius. Eorum tractus, Asturia nomen habet.

Asturia, Germaniæ urbs Ptolem. vulgo Bodenhausen.

Asturica Augusta, Hispaniæ Tarragonensis urbs in finibus Asturiæ. Ptolemæus.

Asturcōnes, equi ab Asturia regione Hispaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. { GERM. *Σεληνοῖς.* ANGL. Ambling geldings, or hakenys, as a gener of Spaine. } ut tradit Plin. *lib. 8. cap. 42.* Silius *lib. 3.*

His parvus sonipes, neque matris notus: at idem

Aut inconclusu glomerat vestigia dorso,

Aut molli pacata celer trahit effusa collo.

Talem gressum Græci *λόπημα* vocant, à bonitate cursus. Latinæ dicunt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & tolutim glomerandis. Suet. *in Ner. cap. 46.* & Senec. *Epist. 88.* & Mart. *Epigr. 199. lib. 14.*

Astv̄s, us, masc. gen. *Ἄστρος,* Astu, astutia, à Græco *ἄστρον*, quod Latinis oppidum sonat. Nam qui in urbibus frequentes sunt, solent esse calidores. Silius *lib. 16.*

Non ars, aut astus belli, vel dextera dèrat.

Callidi astus. Sen. *in Troade.* Acri astus. Valerius *2. Argonaut.*

Astutus, a, um, adjct. Versutus, cautus. { *ἄστρις harom.* πανέργης.

GALL. Fin, caut, rusé, malicieux. ITAL. Astuto, malitioso. GERM.

Listig/ gescheid. HISP. Astuto y cauteloso. ANGL. Craftie, subtil, wylie. } Servius. Propriè astutos malitiosos vocamus. Cic. *2. Verr.* Ita fiet, ut tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc concilium necessarium. Idem *3. Off.* Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, non viri boni: sed versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Plaut. *Casin.* Nec fallaciam astutiorem ullus fecit Poëta. Idem *Afin. sc. 2. a. 3.* Astutos, audaces, valentes, &c. Et in *Pseud. sc. 3. a. 1.* Opus est hominem astutum, doctum, scitum, & callidum.

Astutia, æ, Calliditas, malitia. { *ἄστρις hormáh. πανέργης.* GALL. Ruze, fineſſe, astuce, cautele. ITAL. Astutia, callidita, malitia. GERM.

Listigkeit/ geschedigkeit. HISP. Astutia, cautela. ANGL. Craftiness, malice, wilyness. } Cic. *5. de Fin.* Quibus abest ad præcavendum intelligendi astutia. Terent. *Eunuch.* Nunc opus est tua mihi ad hanc rem exprompta memoria, atque astutia. Ita hanc instituam astutiam. Plaut. *Mil. sc. 2. a. 2.* Dum te in regionem astutiarum mearum induco. Idem *Merc. sc. 2. a. 2.* Nostris sycophantiis, dolis, astutis. Idem *Afin. sc. 3. a. 3.* Inest spes nobis in astutia, sive dolo. Idem *Capt. sc. 1. a. 1.* Quid istuc quod volvis astutè tecum in corde. Idem *Merc. sc. 2. a. 2.*

Asturè, adverb. Callidè, versutè. *בְּעַדְרָמָה bebermâh, πανέργης.* GALL.

Finement, cauteleusement. ITAL. Astutamente. GERM. Listiglich.

HISP. on astutia. ANGL. Craftie, with wilyness, subtilie. } Cic.

ad Q. Frat. Nihil tamen nec temere dicere, nec altutè reticere debeo.

Vt lepidè, ut astutè venit in mentem malam. Plaut. *Mof. sc. 3. a. 1.*

Quid istuc quod volvis astutè tecum in corde. Idem *Merc. sc. 2. a. 2.*

Astyagès, *Ἄστραγος,* Cyaxaris filius, Persarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambysi mediocris dignitatis Persæ nupta, Cyrum peperit: quem avus in lomniis quibusdam exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiaribus necandum tradidit. Qui quum tam crudele ministerium per seipsum nollet executi, Mitradiati regio bubulco onus illud iniunxit. Erat Mitradiati uxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canem sonat. Hæc tum fortè mortuum ediderat partum, quem pro Cyro magnificè curat sepeliri: Cyrum autem ipsum, tanquam filium suum domi educat: qui postea ab avo agnitus, & in Persidem ad parentes remissus, simul atque adolevit, Harpagi instinctu avo bellum intulit, cùmque in prælio captum, quoad vixit, penes se habuit. Ex Herod. *lib. 1.*

Astyaius, vide *Astylos.*

Astyanaßa, *Ἄστραγος,* Helenæ Menelai uxoris ancilla lascivissima, dominâmq; profus se dignam nacta, quæ prima de variis concubitus modis librum conscripsit: cuius exemplum postea imitata Phelenis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Autor Suidas.

Astyänäx, *Ἄστραξ,* Vnicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus post inchoatum bellum inter Troianos & Græcos, quem Ulysses,

antequam naves è Sigeo solverent, è turri mira inhumanitate dedit in præcepis, ne quid reliquiarum superesset, quod excidium Troie, & populi ruinam ulcisceretur. Hector ut plurimum vocabat Scamandrum. Virg. *lib. 2.* Æneid.

parvumque manu Astyanaætra hebat.

Latinæ principem civitatis sonat, quasi *ἄστραξ* & *ἄστρος.*

Astycratia, filia Acoli, teste Homero *Odyss. lib. 10.*

Astydamas, *Ἄστραδας,* Atheniensis, & filius ejusdem nominis, ambo Tragici poëtae fuerunt: pater etiam summus philosophus, & Socratis auditor. Suidas.

Astydamia, *Ἄστραδα,* Ormeni filia, quam Hercules, patre prius occiso,

rapuit. Ovid.

Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.

Astylos, idis, *Ἄστρις.* Lactucæ latioris genus, sine caule, quæ ob insignem frigiditatem Veneri maximè creditur resistere: unde & Eunochion, & Spadonion à nonnullis est appellata. Vide Ruell. *lib. 1. cap. 10.*

Astylos, *Ἄστρος,* unus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoscens fratres monuerat, ne bellum adversus Lapithas assumerent: sed exorto in nuptiis bello, ipse sibi tunens, unā cum Netfo Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ovid. *12. Metam.*

Astylos

*Astylos ille etiam metuenti vulnera Nessos,
Ne fuge, ad Herculeos, inquit, servaberis arcus.*

Astylos, ἀσύλος, Crotoniata cursor, tribus Olympicis continuo vicit, stadio, diaule, & dolicho. Quod autem in ultimo se Hieronis magistrum ac Syracusanum a praecone declarari fecerit, Crotoniata irati statuam eius fregerunt, bona insuper publicaverunt. Autor Pausanias: Meminit eius Plato in legibus, qui eum non tam cursu, quam perpetua virginitate clarum prædicat. ¶ Fuit præterea Astylos quidam Trojanus, à Menepolemo occisus, teste Homero in princ. 6. Iliad.

Astymedusa, ἀσύμεδουσα, Oedippi fuit uxor (hanc etiam, repudiata matre, quam prius matrimonio sibi conjuxerat, sed incognitam, in uxorem duxit) quæ ut liberis prioris conjugis infensum parentem faceret (ut ferè omnium novicarum nos est) apud Patrem eos accusavit, tanquam qui se de stupro appellasset, quapropter Oedipus iratus regnum cruentum reliquit.

Astynome, ἀσύνομη, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia (tunc & Chryseis dicta) quæ, Chrysa oppido à Græcis expugnato, in prædæ divisione Agamemnoni cessit. Quam tamen postea pestilentia ab Apolline immissa adactus, patri restituit. Autor Homer. Iliad.

Astyponus, ἀσύψων, qui urbem regit, curator reipubl. ab ævo urbe, & rupes rego, administratio. ¶

Astynous, ἀσύρνος, Princeps quidam Trojanus, quem Diomedes in bello Trojano interfecit, ut scribit Hom. lib. 5. Iliad.

Astyochia, ἀσύχαια, Actoris filia fuit, quæ quum sola in summum paternæ domus cœnaculum ascendisset, à patre contumpta creditur. ¶ Fuit & altera ejusdem nominis, quam Hercules rapuit, & ex ea Tlepolemum genuit: de qua Homer. in Catal. navium.

Astypalæa, ἀσύπαλαια, insula est in mari Carpathio, aut certè Icario, è regione Cnidi, oppidum habens ejusdem nominis: de hac Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est item Astypalæa oppidum in Coo insula, cuius meminit Strabo lib. 4.

Astyra, ἀσύρα, vel Astyrum in singulari, civitas Myriæ, juxta Troadem. Est & vicus prope Adramyticum. Item civitas Phœnicia, ubi Minerva colebatur, & Boeotia iuxta Potrias. Item Italiae regio Stephanus.

Asula, per simplex s, oppidum in agro Brixiano.

Asurus, vide Aforus.

Asus, sive ἄσος Stephano, sive (ut apud Plin. legitur) Asum, oppidum est Cretæ insulæ mediterraneum: de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

Aychis, ἀσύγης, Ægyptiorum rex, post Mycerinum, cuius opus fuit latertia pyramidis apud Memphis, ut testatur Herod. lib. 2.

Asyla, herba est, qua sibi pecora medentur, si quando anagillidem foemina imprudenter guttaverint. Latini Ferum oculum appellant, teste Plin. lib. 26. cap. 1.

ASYLUM { οὐρανὸν μικλὸν. ἄσυλον. GALL. Temple où il y a franchise, lieu de franchise, d'immunité, & d'assurance. ITAL. Luogo privilegiato & inviolabile. GERM. Ein Freyheit, ein ort da einer frey ist. FRA. Lugar privilegiado para los mal hechores. ANGL. Sanctuarie, a place of refuge. } Templum, alijsve quivis locus inviolabilis, consecrationis lege tutus à direptione, ad quem confugientes sine summo piaculo avelli non poterant. Dictum Asylum ab a privativo, & à verbo οὐδέν, quod est rapio, prætor, & sacrilegio polluo. Serv. tamen Asylum dicatum mavult, quasi ἄσυλον, à verbo, οὐδέν, quod est traho: propterea quod inde avelli quenquam nefas esset. ¶ Asylum autem primum Athenis sibi constituerunt Herculis posteri, veriti vim eorum, qui ab illo fuerant vexati. Statius 12. Thebaid.

*Fama est, defessos acio post busib[us] paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse colonos.*

Hos deinde imitatus Romulus, & ipse Romæ asylum constituit inter Capitolium & Palatium in sacro luco, quod Quercetum dicitur. Asilæ Dei templum structum à Romulo. Plutarch. in Rom. Vnde Pædian. in Varronem 111. à principio tres fuerunt tribus: Tatenses una, à Tatio rege: Ramnes altera, à Romulo: Luceres tertia, à Locomone, sive à luco, quem lucum Asylum vocaverat Romulus. De hoc Virg. lib. 8.

*hinc lucum quom Romulus aco Asylum Retulit.
Scribit Liv. lib. 5. bell. Maced. Templum Apollinis Delii fuisse Asylum, atque sacra templa à Græcis vocari Asyla, idem ostendit initio lib. 2. ab Vrb. Ad asylum confugere, proverbialiter dicimus, quum extremum refugium intelligere volumus. Cic. actione in Verrem 3. Se quæstorem prohibitum esse dicebat quominus è phano Dianæ servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret. Asylum, item statua, ad quam confugientibus ius erat asylia. Bud. Asylorum ius & morem abolevit Tiberius Imp. Suet. in Tib. cap. 37.*

Asylla, ἀσύλα. Ius libertatis, immunitatis & veniae, quod is consequatur, qui ad asylum confugiebat: quod immunitatis genus etiam hodie observari videmus in iis, qui ad divorum tempa confugunt. Budæus in Annotationibus in Pand.

Asymboliūs, { ἀσύμβολος &c. GALL. Franc d'escot. ITAL. Franco de pagare lo scoto. GERM. Der kein ürten gibet. Zächstrey. HISP. El que come y no escota. ANGL. Scotfrée, that ayed nothing. } Qui symbolum non dedit, & sine collatione accessit ad comedationem. Terent. in Phorm. Tene asymbolum venire unctum, atque lautum è balneis, &c. Gell. cap. 13. lib. 6.

Asymphōnā, ἀσύμφωνα, Latinè inconsonantia, ἀσύμφωνος, discors. Asyndeton, ἀνύδιτον, sive Asyntheton, ἀσύνθετον, dici potest, incompositum, vel disjunctum. Est enim figura, quum plura sine coniunctionis vinculo proferuntur, ut Veni, vidi, vici. Plaut. Cure. sc. 3. a. 1. Strepitum claustrorum audio, Asuditum aperire fanum, &c.

Asynthētā, ἀσύνθετα. Plin. appellat crystalla, quæ pura sunt, & sine virtute.

Aystatōn, ἀσύτατος, idem quod instabile, aut adeò repugnans, ut sustineri non queat. Unde genus quoddam Philosophiarum quod Arcefilas introduxit ignorantia magister, à Gellio Aystaton appellatur. Affirmabat enim Arcefilas, scilicet hoc unum sciore, quod nihil sciri posset. Cuius assertionis veritas subsistere non potest. Nam si hoc sciat, nihil

sciri posse: sequitur aliquid esse quod sciatur. Sic inducitur dogma sibi ipsi repugnans, scilicet dissoluens.

Aystatūs, id est, non consilens status. Africanus hac voce usus est in l. qui quadraginta, ad leg. Falcid. ut vulgati habent codices: tametsi in Not. text: Ἀσύτατος legatur: iuxta Alciat. utraque lectio videatur posse defendi, nisi quod altera ad Rhesotes, altera ad Dialeticos pertinet. Vide eum cap. libri parerg.

AT

At, particula principiis apta, præsertim quum aut indignationem, aut dolorem exprimere volumus, ut iræ aitum, aut querelas significantiū ostendere valeamus. { י chi, ת ach, ל כ abal, א na. GALL. Mais. ITAL. Ma. GERM. Aber. HISP. Mas; empero, pero mns. ANGL. Bot. } Virgil. 2. Æneid.

At tibi pro scelere, exclamat, protalibus ausis

Dii (si qua est caelo pietas, quæ talia curet,)

Per solvant grates dignas.

Térent. At tibi dii dignum factis exitium dunt. Quandoque superius dictorum discretivum est, ut apud eundem in Andria, At mihi scrupulus unus restat. Quandoque rerum differentiam denotat: ut, Scipio est bellator, at Cato Orator. ¶ At, pro diu antiquitus. Cic. lib. 21 epist. ad Salustium: At quem intelligebat eius belli periculum spe etare. ¶ Quandoque ponitur pro Saltem, γι Ovid.

Crudeles somni quid me tentasti inertem?

At semel aeterna nocte premenda fui.

Et apud Virg.

Si gentes humanum, & mortalia temnitis armas,

At sperate deos memores fandi atque nefandi,

Nunquam te aspiciam posthac: at semper amabo,

Catull. Quandoque adversativum. Virg. 4. Æneid.

At regina gravi iam dudum saucia cura.

Nam quum Æneas quiesceret, Regina turbabatur, quod est contrarium.

— nec Romulus illas

Condidit, as nostri Roma nepotis erat.

Pro Atqui, vel tamen. Ovid. 6. Faſt. At ego te sacram coronam surripuiſſe Iovi ſcio. Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Si me derides, at patrem meum non potes. Ibid. sc. 1. n. 5.

At non per dubias errant mea carmina laudes.

(i. neque vero.) Tibul. lib. 4. Non dedit, at dabit. Plaut. Pſend. sc. 3. a. 1. Iupiter te perdat. P. Te volo. B. At ego vos ambos. Mox, Non licet colloqui? At mihi non lubet. Ibid. Elleborum potabis xx. dies: at ego te fodiam xxx. Idem Men. sc. 5. a. 5. At mehercule id dixisti cum cruciatu tuo. Irascentis. Idem Cure. sc. 3. a. 1. Non habeo aurum. E. Attu quādō habebis, tu dato. Pſend. sc. 3. a. 3. At tum scelestæ ſola ſecū murmurat? Idem Aut. sc. 1. a. 1. At ſcelestæ, vide' ut ne me quidem dignum existimat, quem aeat. Idem sc. 2. a. 1. Domum ire cupio. At uxor non finit. Men. sc. 5. a. 5. Feci inſipienter, at non malitiosè tam. Idem Mer. sc. 6. a. 2. At tu ne clam me coomes ſprandium? Idem Menach. sc. 2. a. 4. Bellator vale. L. At tu agrota. Idem Cure. sc. 3. a. 4. At faciem eorum cum videas, haud videntur mali. Idem Pſend. sc. 2. a. 1. At ita me machæra & clypens juvent, niſi virgo mihi, &c. (i. Minantis & irascentis.) Idem Cure. sc. 4. a. 4. At Iupiter te perdat, diique omnes. Idem Moſt. sc. 2. a. 1. At Iupiter bene te amet. Idem Mer. sc. 2. a. 2. Potin' aliam rem ut cures. C. At. P. Bat. Idem Pſend. sc. 3. a. 1. ¶ Componitur cum Enim, ut Atenim ἀκάρα γὰρ δι' αὐτοῦ. Est autem hec particula anthypophoris in primis accommodata. Cic. 2. de nat. deor. Atenim minora dii negligunt: ſic enim dicitis. Idem in Divin. in Verrem, Atenim iſtum ſoli Sieuli perſequuntur, cives Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendant, diligunt. Atenim ille amat meretricem. { GALL. Voire-mais. } Plaut. Men. sc. 2. a. 2. Atenim ſein' quid est? Idem Pſend. sc. 2. a. 1. Nolo faciat. C. Atenim ne quicquam me viſ. Ibid. sc. 3. a. 1. Atenim, Senec. cap. 7. de confol. ad Marc.

Atabūlis, ἀταύλη. Ventus Apuliae peculiaris: unde etiam Apulus peculiaris epitheto appellatur. Horat. 1. Satyr. 5.

Incipit ex illo montes Apuliae notos:

Oſtentare mihi, quos terret Atabulus:

Quem locum explicans Porphyron, Atabulum dictum ait, περὶ τοῦ ἀταύλη βάθους, hoc est, à noxa, detrimentoque inferendo. Eſt enim frigidissimus, teste Plin. lib. 17. cap. 24. & ſi flaverit circa brumam, omnia exurit, frigore arcfaciens, ut nullis poſtea poſſit ſolibus reacreati. Gell. cap. 12. lib. 2.

Atabyria, ἀταύλη, unum est ex vetustis Rhodi insulæ nominibus, duclum ab Atabyro rege, ut Plinio placet lib. 5. cap. 13. ſive (ut alii malunt) ab Atabyri, editiſſimo totius insulæ monte.

Atabyris, ἀταύλη, mons est editiſſimus totius Rhodi insulæ, Iovi Atabyro ſacer, cuius meminit Strab. lib. 14.

Atacini, orum, ἀταύλη, populi Narbonensis provinciae, Atacis amnis ac colæ, qui circa Narbonensem Martium fluit, & quo & nomen accepit. Meminit horum Pompon. lib. 2. & Hermolaus in Plinium, qui etiam Atacinorum familiam Romæ illustrem, nomen hinc traxisse existimat.

Atalantā, ἀταλάντη, Schœnei, vel ut alii malunt, Iasij Argivorum regis filia, virago, & forma, & viribus corporis præstans, quæ prima aprum Calydonium sagitta vulneravit. Hæc quin mira corporis velocitate præstaret, & a nuptiis omnino abhorceret, ſylvis tantum & venatu ſe oblectabat, procisque ſuis cursus certamen propofuit, in quo vietum, mortis poena, victorem, conjugii ſui præmium ſequeretur. Multis itaque ſuperatis, tandem ab Hippomene, Veneris confilio victa, nupſit victori: quicumque in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reverentia, cum illo concubuſſet, in leænam converſa eſt, & Hippomenes in leonem. Vide fabulam apud Ovid. lib. 10. Metam. Vide Muretum ad Catull. ¶ Fuit & Atalanta, uxor Acasti, regis Iolci, qua Pelei amore capta, quum ab eo repulsa tulifuerit, amore in oditum commutato, Peleum apud virum detulit, quod vim ſibi inferre conatus eſſet. Quamobrem Acastus uxoris delatione temere fidem habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorum in Colchica

Colchica navigatione soeiū fuerat) in auxilium vocatis , Acastum prælio superavit , captiōque Iolco , Atalantam suppicio affecit . Ex Suida . Imò duæ Atalantæ apud Poëtas reperiuntur : Arcadica una , Argiva , seu ut alii aiunt) Boëtica altera : illam Iasii , aut Iasonis , aur Iasonis : hanc Schœnei filiam fuisse ferunt : illam Milonioni , hanc verò Hippomeni nupsisse : unde Schœneida Atalantam vocant Poëtae . Atalantæ etiam meminit Sueton . in Tiber . cap . 44 . ¶ Est & Atalanta , fons in portu Cyphantarum : dictus quod ibi venatrix foemina situ & æstu languida considerit , & petra venabulo eius percussa laticem præbuerit : sic Pausanias . Hinc Atalantæus , adject . Stat . 4 . Thebaid .

Iamque Atalantæ implerat nuntius aures .

Atalantæ , es , aradārm , exigua est insula Eubœæ adjacens , è regione Opuntiorum : cuius meminit Thucyd . lib . 2 .

Atanulum , genus vasis . Lege Atanuvium , & vide Glossarium Latino-Græcum .

¶ Atanuvium , est poculi fictilius genus , quo in sacrificiis Romani utebantur sacerdotes . Fest .

Atarbis , arapēnēs , civitas in Propontide insula . Stephan .

Atargata , apud Strab . lib . 16 . deæ cuiusdam nomen est , quæ apud Assyrios colebatur ; ab aliis Atergatis dicitur . Vide infra .

Atarna , æ , arapēnēs , Stephano , urbs in ora Myriæ , è regione Lesbi .

Atarnes , arapēnēs , Darii Persarum regis frater , filius Hyrcaspis , cuius filiam unicam nomine Phratagunam Darius uxorem duxit , ut testatur Herod . lib . 7 .

Atarphyni , arapēnēs , gens magna Arabia . Steph .

Atat , interjectio est paulatim percepti atque intellecti mali , ˘ ˘ , ˘ ˘ , ˘ ˘ : Terent . in Eunuch . Atat , data herculè verba mihi sunt . Servius in Arte : Atat , est aliquid de improviso deprehendentis . Quandoque est interjectio timoris , Terent . in Eunuch . Atat , mihi homo formidolosus es ? Atat illic homo huc iturus est , ibo ego illi obviam . Plaut . Amph . Atat modò in mentem venit . Id . Asin . sc . 2 . a . 3 . Atat perii , aperitur bacchanal , adest . Idem Aul . sc . 2 . a . 4 . Atat senem , ecum ipsum , ibid . sc . 5 . a . 4 . Atat autem , timentis est ex improviso . Diomedes lib . 1 .

Atavus , st abavi , vel abavia pater . { נָאָבֶן שְׁמַנְתָּי . GALL . L'ayen , ou pere grand du bisayen . ITAL . Terzo avolo . GERM . Vrane des grossvatters / oder der grôssmutter . HISP . Tercero abuelo . ANGL . My great grandfather's father . } Terent . in Phorm . Memoriter progeniem vestram usque ab avo atque atavo proferens . Cic pro Cal . Num patrem tuum videras , non patruum , non avum , proavum , atavum audieras Consules fuisse ?

Atax , æ , æ , fluvius est Gallia Narbonensis , ortum habens ex Pyrenæo monte , qui infunditur in mare Tyrrhenum . Luc . lib . 1 .

Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas .

Atē , æ , Latinis Noxa dicitur . Ab Homero dea singitur , quæ homines malis implicat , mentesque seducit , & perturbat : cui repellendæ & placandæ , Litæ lovis filiaæ oppositæ sunt , quæ tamq ; sunt tardiores , quanto noxa est gravior . Vide Erasmus in Adagio , Ira omnium tardissimè senescit .

Atēchniæ , ἀτεχνία . ANGL . Unskilfulness , lack of knavely edge . } Ruditas , imperitia . Quint . lib . 2 . cap . 21 .

Ategia , tentoria , casæ .

ATER , a , um . Obscurus , niger , ab atterendo dictum , quod quæ atteruntur , livorem contrahant . { תְּאֵת schachor . ˘ ˘ . GALL . Noir , obscur . ITAL . Nero , oscuro . GERM . Schwarz , finster . HISP . Negro , obscuro y no lympio . ANGL . Blackis as a cole , brorse , stinking . } Cic . 5 . Tusc . Alba & atra discernere non poterat Democritus luminibus amissis . Ter . in Adelph . Tam excoctam reddam atque atram , quam carbo est . Plaut . Men . c . 5 . a . 5 . Dic mihi album , an atrum vinum potas ? Atrum vestem laureatis foribus inducere . Senec . cap . 16 . de cons . ad Polyb . Atrabilis , succus est frigidus & siccus , qui ex multa adustione atrum colorem contraxit : Greci μαλαχία vocant . Cic . 3 . Tusc . Hanc enim insaniam , quæ iuncta stultitiae patet latius , à furore disjungimus . Greci volunt illi quidem , sed parum valent verbo : quem nos furem , μαλαχία , ipsi vocant . Quasi vero atrabili solùm meus , ac non sepe vel iracundia graviore , vel timore , vel dolore moveatur . Atrabilis agitat hominem . At te atra pix agitet . Plaut . Capt . sc . 4 . a . 5 . ¶ Interdum Atrum capit pro funefto : unde Atri dies , adverbi , & infelices vocabantur , quibus Romani insignem aliquam cladem accepterant : ut dies ante quartum Calend . Nonas , vel Idus , ater habebatur , quod ante quartum Cal . Sextiles clades ad Cannas credatur accepta . Gell . lib . 5 . c . 17 . De atris diebus Plut . in Lucullo . Atrum agmen , pulveris nube coopertum . Virg . 12 . Æneid .

— campoque atrum capit agmen aperto .

Servius . Cupressus atra . Virg . 3 . Æneid . id est , nigra & funesta : nam inferis consecrata est , quia cæsa nunquam revirescit . Et paulò post , Atra autem , quod atratos lares significet . Hæc Servius .

Attratus , a , um , Ater factus . { טְרָתָה kadruth . μαλαχία . GALL . Noiret , portant le déuil . ITAL . Fatto nero . GERM . Geschwerten , schwarz gemacht . HISP . Hecho negro , ó vestido de color negro . ANGL . Blacked , made Blacke . } Ut atratus fluvius , atro colore tinctus . Cic . 2 . de Divin . Quid , quod fluvius atratus sanguine fluxit ? ¶ Atratus item veste lugubri indutum significat . { ANGL . Cladde in murning apparell . } Ἀλβατος . Cic . in Vatin . Cedò , quis unquam cœnavit atratus ? ita enim illud epulum est funebre , ut munus sit funeralis , epulum quidem ipsæ dignitatis .

Attritæ , atis , Nigror . { טְרָתָה kadruth . μαλαχία . GALL . Noirceur . ITAL . Nerezza , Negrezza . GERM . Schwarze . HISP . Negror , ne rura . ANGL . Blackness . } Plaut . in Pœn . Ita replebo atritare , atritor multo ut siet quam Ægyptii . ¶ Aliquando pro immanitate capitur .

Atror , is , pro Attrite . Gell . lib . 2 . cap . 26 . Rubidus autem est rufus atrore , nigroréque multo mistus .

Atramentum , ab atro colore dicitur . { טְרָתָה μέλα . GALL . Encré , peinture noire . ITAL . Inchiostro . GERM . Schwarze farb . Dinten . HISP . Tinta para a escribir , ó tinta de los pintores , ó tinta de los zapateros . ANGL . Inke . } Cuius duo sunt genera , scilicet Scriptorium , mihi , gen-

¶ Herm . quod & Librarium dicitur , quod librarii in transcribens libris eo uterentur : & Teutorum , à teutoriis quo pictores uebantur . { ANGL . Pinters inke . } Cic . ad Quint . Fratr . Calamo & atramento temperato , charta etiam dentata res agitur . ¶ Ebur atramento candefacere , dixit Plaut . sc . 3 . a . 1 . pro genuinæ formæ cultum atque ornatum externum inducere , quo decus illud nativum obscuretur magis quam illustretur . Proinde lena pueræ naturali forma præditæ , tamen cerulæ ad oblinendas malas postulant . Una , inquit , opera ebur atramento candefacere postulas . ¶ Est & Sutorium atramentum , quod inficiendis pellibus sutores coriarii usurpant κάκκαριον . Vulgo hoc à vitri similitudine Vitriolum nominant . Plin . lib . 34 . c . 12 . Graci cognitionem æris fecerunt nomine & atramento sutorio : appellant enim Chalcanthum . { ANGL . Copperas or vitria . } Cic . lib . epist . 9 . ad Pet . Iam pater eius accusatus est à M . Antonio : Sutorio atramento absolutus putatur . Subesse videtur proverbium . Sentit , opinor , hominem absolutum fuisse iudicium corruptela , non citra infamiam . ¶ Atramentum pro sanguine est sepiis . Plin . lib . 9 . cap . 19 . Ubi sensere se apprehendi , effuso atramento , quod pro sanguine his est , infuscata aqua absconduntur .

Atramentarium vasculum quo atramentum continetur . { תְּמֹרְקָה keséth : μελανόδεινος . GALL . Cornet à ancre . ITAL . Calamaro dove se tiene l'inchiostro . GERM . Dintensfäß / dintenhoth . HISP . El tintero de tinta para a escribir . ANGL . An inkehorne , }

Aterfamna , ἀτρηψανα , à Thecophrasto appellantur leguminæ coctu consumacia : cuiusmodi Plato ea esse tradidit , quæ per boum cornuta fendo in terram ceciderunt . Græcis enim ἀτρηψανα , idem quod incostilis , & indomitus . Vide Ruell . lib . 2 . cap . 38 .

Ateramnos , herba . Plin . lib . 17 . cap . 17 .

Aterium , æ , æ , civitas Siciliae . Steph .

Athacus , i , genus volucris gradiens super quatuor pedes , longioraque retro crura habens , de quo fit mentio in Levitico .

Athamania , regio Illyriæ , secundum alias Thessaliam . Steph .

Athana , oppidum . Plin . lib . 6 . cap . 28 .

Athanes , fluvius est Scythia Thraccia in Istrum defluens .

¶ Athara , ἀτρα , pultis seu polentæ quoddam genus : ab ἀτρα , arista .

Atharabis , urbs Ægypti . Steph .

Athera , ἀτρη , sorbitiuncula pulticula liquidæ similis , ex zæc tenuissimo polline .

Atheus , a , um , ἀτρος , or , quasi sine Deo , impius , gousos . ab æ particula privativa , & ˘ ˘ .

Atheroma , ἀτρημα , & ἀτρημα , tuberculum in capite nasci solitum , cui subest aliquid pulticula simile .

Atiscoti , populi Britannici .

Atergatis , ἀτεργατις , quam & Atergatam & Derceto Strab . lib . 16 . appellat , Deæ cuiusdam nomen , quæ apud Ascalonem Syriae civitatem colebatur . Hanc Plinius prodigiosam Atergatam vocat , quod simulachrum eius monstro simile effingeretur , superiori parte mulierem , reliqua pisces referens . Hanc ferunt fuisse matrem Semiramidis , quæ ob amissam pudicitiam tantum animo dolorem concepit , ut fæse in lacum præcipitem dederit : quācumque cadaver eius ab urinotoribus inveniri non posset , creditum est eam in pisces fuisse transformatam . Quo factum est , ut deinceps à pisces eis vicini populi religiosissime abstinerent . Unde & Atergatam dictam volunt , quasi ἀτρη ται . , quod Syris sine pisces sonat . Macrobi . 1 . Satyr . duo fuisse Assyriorum numina tradit , Adad , & Atergatam , ex quibus omnia gigni arbitrantur : per Adad nimurum Solem , per Atergatam terram intelligentes . Vide Cœl . Rhod . lib . 23 . cap . 5 .

Aternus , fluvius est Italiae , in ora Fertentanorum , per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens . Plin . lib . 3 . cap . 12 . & 13 .

Ateste , civitas regionis Venetæ , ut tradit Plin . lib . 3 . cap . 19 .

Athamæs , ἀθαμæs Suidæ , Æoli fuit filius & Thebarum rex , qui Nephele in uxorem duxit , & ex ea Hellen & Phryxum genuit . Sed quum Nephele furore Liberi patris concitata in sylvas abiisset , Athamas liberis suis Ino Cadmi filiam superinduxit novercam : quæ privignos identidem apud patrem accusans , eis illos compulit , ut consenserent auro ariete (quem quidam è Neptuno & Theophane genitum tradunt , & eius vellus à Phryxo mari consecratum , postremo inter sydera relatum) fuga sibi consulerent . Quapropter Ino irata furias in Athamantem imnißit , quæ in tantam rabiem eum duxerunt , ut quum Ino ad se euntem videret , hanc leænam & filios suos ejusdem catulos arbitratus , raptum Learchum ex filiis alterum faxo illiserit . Quod Ino videns cum Melicerta altera prole fugiens , se ex rupe in mare præcipitem dedit , & deorum miseratione in deam marinam mutata est : quam Græci quidem Leucothæam , Latini autem Matutam appellant . Vide infra in dictione Ino . ¶ Hinc Athamantis , id est , Helle ejusdem filia .

Athamantædæs , id est , Phryxus , Melicertes , vel Learchus Athamantis filius . ¶ Athamas etiam est Thessalæ mons , ut habet Plin . lib . 4 . c . 8 . Est etiam fluvii nomen , qui decretcente luna , ligna sibi admota succedit , ut autor est Ovid . 15 . Metam .

Admotis Athamantis aquis incendere lignum

Narratur , minimos quum Luna recessit in erbes .

Athamantæus . Ovid . 4 . Met .

Athamanticus . Plin . lib . 10 . c . 23 .

Athamanes , ἀθαμæns , populi sunt Ætoliae : de quibus Plin . lib . 4 . cap . 2 .

Athanasius , ἀθανασius . Präfud Alexandrinus , educatus ab Alexando eius civitatis Präfule : olim Diaconus in Concilio Nicæno fuit . Attianorum deinde maximas perperas infidias , ad Constantem Galliarum principem aufugit : de quo plura Volaterranus .

Athänatös , ἀθανατös . GALL . Immortal . ITAL . Immortal . GERM . Unsterblich . HISP . Immortal , cosa que no puede morir . ANGL . Immortal , no subiect to death . } Dicitur immortalis , quod nomina Deo Opt . Max . conuenit . ¶ Fuit etiam Athanatus vir incredibili corporis robore , quippe quem thorace plumbico quingentorum pondro , & cothurnis totidem pondo indutum , per scenan ambulans Plinius se vidisse testatur lib . 7 . cap . 20 .

ATHĒNÆ, arum, *ἀθῆναι*, civitas Græciae totius celeberrima, disciplinatum omnium altrix, & amplissimarum coloniarum fœcundissima genitrix, in ea Achaea parte sita, quæ quod magna sui parte litoralis est, olim Actæ, & deinde Attica vocata fuit, quasi Actica. Hanc Cecrops primus condidit, unde & Cecropia dicta: postea à Mopso Mosopia, & ab Ione Xuthi filio, Ionia, & à Minerva Athenæ. Græci enim Minervam, *ἀθηναῖς* dicunt. Hotat. 2. epist.

Adiuvare bona paulo plus artis Athenæ.

Amabat meretricem Athenis, Plaut. Mil. sc. 1. a. 1. & Pseud. sc. 1. a. 1. Serve Athenis pessime. Ibid. sc. 3. a. 1. Athenis nemo nequior. Ibid. Cic. 1. de Orat. Ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiae princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inventa est, & perfecta. Tres autem (ut quidam assentunt) fuere Athenæ, ab unis Athenæ, ab alteris Athenienses, ab aliis Athenopolite dicti sunt:

ATHĒNIENSIS, *ἀθηναῖος*. Cic. pro Flac. Adsumt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes tertias distributæ putantur. ¶ Atheniensium inconsulta temeritas, *Ἄθεναις προστίτια*. Quadrat in eos, quibus male consulta vertunt bene. Nam id olim vulgo tributum est Atheniensibus, quod ipsi quidem socorditer consultarent, parumque prospicerent: verum Minerva civitatis præses illorum male instituta bene vertere consuevit.

ATHĒNAEUM, *ἀθηναῖον*, locus erat Minervæ dicatus, ad quem Poëtæ, aliqui scriptores Græci scripta sua deferebant, quemadmodum Poëtæ Latini ad Apollinis templum. Accipitur item pro auditorio publico, ad quod conveniebant studiosi, ut aut Poëtas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philosophos, aliarumve disciplinarum professores audirent. Dictum est autem Athenæum, *ἀθηναῖον*, hoc est, Minerva studiorum antistita. Iul. Capit. Postea vero ubi adolevit in Athenæo, controversias declamavit, audientibus etiam Imperatoribus suis. Lamprid. Ad Athenæum audiendorum & Græcorum, & Latinorum Rethorum, vel Poëtarum causa frequenter processit. Est & Athenæum promontorium Campanæ, non procul à Pompeiis, in extrema sui parte Minervæ sacellum habens, ab Ulyssè conditum. Autor Strabo lib. 5.

ATHĒNAEUS, *ἀθηναῖος*, Cilix Peripatetica sectæ Philosophus fuit tempore Augusti. ¶ Fait etiam hoc nomine Grammat. Naufragates, qui sub M. Antonio claruit, qui libros Diphysophistarum varia eruditione refertos conscripsit, quos Hermolaus Byzantius in Epitomen contraxit. Phura de hoc vide apud Suidam.

ATHĒNION, *ἀθηναῖον*, pictor insignis fuit, Glaucionis Corinthii discipulus, cuius opera enumerantur à Plin. lib. 35. cap. 11.

ATHĒNODRUS, *ἀθηνόδρομος*, Philosophus fuit, Augusti familiaris, quem quum naturâ ad iram proclivorem videret, hoc illum præcepto instruxit: Quum ira, Cæsar, te ceperit, nihil prius neque dixeris, neque feceris, quam ipsa quatuor & viginti elementa literaturum Græcarum tecum ipse percurseris, & memoria recensueris: ut ita concitatio illa, quæ momentosa est, mente aliò traducta, parvi temporis interiectu languescat. Hic fuit Discipulus Dionysij Areopagita. Composuit opus varium, quod *Ἄγροπες* inscripsit. ¶ Fuit & Athenodorus sculptor eximius. Plin. lib. 34. cap. 5.

Athenopolis, *ἀθηναῖον*, oppidum Massiliensem. Plin. lib. 3. cap. 4.

ATHĒOS, *ἀθεός*. Impius, qui negat Deum esse, qui est sine Deo.

ATHĒROMITÆ, *ἀθηρομύτæ*, tubercula sunt ex genere apostematum, ita dicta, quod humorem pulvi similem in se contineant. Nam *ἀθέρη*, Græcis pulvis genus ex olyra, sive silagine confectum. Vide Galen. lib. vii. Method. Cels. lib. 7. c. 6.

Ather, cris, *ἄθηνα*. In hordeo dicitur summa spicæ cuspis, ut ex Galeni autoritate docet Ruellius lib. 1. cap. 2.

ATHESIUS, *ἀθησίου*. Fluvius effluens è lacu, qui in Apennino, est supra Canos incumbente, & habitus in Istrum. Autor Strabo lib. 4.

ATHESIS, *ἀθησίς*. Fluvius qui ex Tridentinis alibus Tridentinum alluit, & Veronam dividit: deinde per latas Padæ paludeis gradens, non longè à Brundulo portu in Adriaticum mare influit. Plin. lib. 3. cap. 16.

ATHLETÆ, Pugil, luctatores, ad luctationem & certamen institutus. ¶ *πονηρεῖς*, *ἀθλητæ*. GALL. Luctator. ITAL. Maestro di lotta. GERM. Ein fechter, ein ringen, kämpfen. HISP. Luchador. ANGL. A great wrestler or runer al. ames, à champion. ¶ Ab *ἀθλητ*, quod est certo. Pollux hoc nomine Gymnicos omnes intelligit, *πονηρεῖς*, *ἀθλητæ*, *δρυμοῖς*, *πονηροῖς*, *ἀθλητæ*, hoc est, luctatores, cutores, pugiles, item disco & salto certantes. Cic. 2. Tusc. Faciunt idem, quum exercentur, athletæ. Ex libro Varronis 2. & 3. probat Victorius, Athletas etiam vocatos, qui in aliquibus rebus ceteris antecellerent, cap. 9. lib. 24. Athletarum spectaculum (& mox sequitur) putgilum. Suet. in Aug. cap. 44.

ATHLETICÆ, absolute dicitur ars certandi, *ἀθλητæ*. Subauditæ vōce *ἀθλητæ*, ut cum dicimus Dialectica, Rhetorica, Grammatica, & cætera arium nomina, quæ serè sunt Græca. ¶ ANGL. The art or skill of wrestling. ¶ Unde apud Iurisconsultum legitur, ignominiosos non esse, qui athleticam virtutis gratiâ exerceant.

ATHLETICUS, a. un., *ἀθλητὴς*. ¶ ANGL. Belonging to wrestlers or champions. ¶ Quod athletarum est: ut, Athletica certamina. Athleticus vietus, id est, plenissimus. Cels. lib. 4. cap. 6. Athletico victu corpus firmandum est.

ATHLETICÆ, id est, optimè & firmissimè: ¶ ANGL. Stronglie, flightlie, like a champion. ¶ Plaut. in Bacch. Beneque usque valuit. C. Pancratice, atque athleticæ.

Athlibis, urbs Ægypti, & alia Arabiae. Steph.

Athlothetæ, *ἀθλοθῆται*, certaminum Iudex. ¶ ANGL. Judge of wrestlers or champions. ¶ Quo verbo utitur Suetonius: Athlothes in gymnicis erant, hoc est, curatores, constitutorésque certaminum, iidem qui *σπουδαῖς*, & Agonothetæ. Horum erant latores mastigophori, id est, flagriferi, ad summovendam turbam, & cohibendas seditiones. Bud.

Athlum, *ἀθλον*, certaminis præmium, quod victori datur: item labor. ¶

Athimodum, pars Cecropidis tribus. Steph.

Athocari, populi sunt Scythici in Asia. Herod.

ATHOS, *ἀθός* Stephano, vulgo *Monte sancti*. Mons inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, ut usque ad insulam Lemnon umbram porrigeret dicatur. ¶ Unde locus factus proverbio, Athos celat latera Lemniæ bœvis, *Ἄθως καλύπτει τὸν λέμνον*. Vbi quis officit aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obstitit. Tradunt in Lemno bœvis fuisse similachrum ingens, candido factum lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus intervallo, tamen ad summam celsitudinem obscurat umbra sua. Ita dictus à Gigante ejusdem nominis. Situs est hic mons in Cherroneso, quæ Chalcidice regioni angusto Isthmo annexetur: quem Xerxes bellum Græciae inferens perforavit, montemque ipsu nà continente abscondit. Huc alludit Juven. Satyr. 10.

— creditur olim

Velificatus Athos,

Servitus in illud Virg. 2. Aeneid.

Quantus Athos, aut quantus Eric :

Athon metri necessitate, non Athos legendum præcipit, existimans nimirum posteriore syllabam corripi. Qua tamen in re fallitur, quum apud Græcos *ἀθός*, scribatur per a magnum. Meminit Catull. de com. Beren.

Atribitis, Praefecture Ægypti. Vide Stephan. in Psenaco, & in Athlibis.

Athrys, hitius Athrys, fluvius est Thracie in Istrum fluens.

Athymbra, urbs Caræ iuxta Menandrum, ab Athymbro condita, &

Nissa postea dicta. Steph.

Atgyras, portus & fluvius iuxta Byzantium, & sinus quidam, & fluvius Scythæ. Steph.

ATIMETUS, *ἀτιμῆτος*. Libertus Cæsaris fuit, ut deprehenditur ex inscriptione sarcophagi, quem Homoneæ uxori suæ defunctæ posuit cum elegantissimo epitaphio: cuius exemplum videto infra in dictione Homoneæ.

ATINIA, *ἀτινία*, civitas iuxta Pontinas paludes: dicta à morbis, qui Græcæ *ἀτη* dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Mart. lib. 10.

Quo cive pri/ca gloriatur Atina.

¶ Inde Atinates populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

ATINIA, *ἀτινία*, genus ulmi rarissimam ferens sameram (ita enim ulmi seme vocant) cæcumque inter frondes, quas prima germinatione edit, latenter. Colum. lib. 5. cap. 15.

ATINTANIA, *ἀτινία*; pars Macedoniarum, ab Atintane Macedonis filio dicta.

ATIZOES, *ἀτιζόες*, geminæ species argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

ATLANTICE INSULE, *ἀτλαντὶς νῆσοι*. Vulgo *Isole beate*, quas Beatas vocant: septem quidem haæ sunt, parvo inter se divisæ mari, decem milibus stadiorum ab Atlante distanties. Imbres illic rari mediocresque, venti autem plurimum suaves ac roriferi, solum vero pingue, nec arariullo modo, plantarive desiderat; sed etiam ex se, abique ullo humano studio fructum producit, dulcem quidem & otiosam multitudinem nutrire sufficientem. Aer syncerus, ac temperatus & mediorum mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perfrant venti, ut Boreas & Aquilo, propter longinquitatem per vasta & inania incedentes spatia fatigantur, & deficient priusquam ad eas insulas pervenerint. Qui vero à mari perfrant Argeste & Zephyri, raro quidem & temperatos imbres ex pelago afferunt. Plurima vero per humiditatem aeris cum summa facilitate nutritur, ut etiam apud Barbaros increbuerit fides, ibi Elysios campos esse, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

ATLAS, *ἀτλας*, Mauritanæ rex fuit, qui humeris cœlum sustinuisse dicitur, quod primus cursum Solis & Lunæ, syderumque omnium versionum rationes, vigore animi, solertiaque deprehendens. Hic fuit Promethei frater, qui quum monitus esset oraculo, ut caveret à Iovis filio, nullum hospitio suscipiebat: quod Perseus Iovis ex Danae filius indignè ferens, ostendit ei caput Gorgonis, quo conspecto, Atlas in montem conversus est tam excelsum, ut eius cacumen cerni nequeat. Hinc factus est locus fabule, ut Atlas rex Mauritanæ cœlum humeris suis fulcire dicitur. Ferè è medio monte nubes incipiunt: hyeme & aestate niveim habet. Columnam cœli indigenæ appellant. ¶ Atlas cœlum, *Ἄτλας τὸν οὐρανόν*, subaudendum *κατέβαλλε*, sustinuit. Dicis solitum de iis qui sese magnis & molestis involvunt negotiis, ipsique sibi malum accersunt. Nam hic cœlum hospitio exceptit: deprehensus autem quod illi struxisset infidias, præcepis datus est in mare Atlanticum. ¶ Ab eo monte populi incolentes, Atlantes dicuntur, qui soli sunt anonymi, hoc est, sine nominibus: nam in universum Atlantes nominantur; singulis nullum proprium nomen imponit. Solem orientem, occidentemque dira imprecatione contulerunt, ut exirialena ipsis agrisque. Neque insomnia visunt qualia reliqui mortales. Plinius, Solinus, Herodot. autores. Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. Aug. lib. 18. de civit. Frater Promethei Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur: unde occasionem fabula invenit, ut eum cœlum portare concenteretur: quamvis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Diodorus lib. 4. Ferunt Atlantem Astrologia fuisse peritissimum, deque sphæra primū inter homines disputasse: qua ex re visus est cœlum suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphærae inventione. Scribunt quidam duos esse montes in Mauritania Atlantes dictos: alterum columnis Herculis vicinorem, alterum in interiori Libya. Remotior ab Atlante rege in eum converso dictus est, quem cœli columnam nominant. Tres autem Atlantes fuisse memorantur. Unus rex Italiae, & pater Electrae uxoris Coryti. ¶ Alter fex Arcadiæ, & pater Maiæ, ex qua natus est Mercurius. ¶ Tertius Maurus, qui dictus est Maximus. Hic primus navim construxit, navigavitque. ¶ Sumitur nonnunquam à Poëtis Atlas pro hominis simulacro sustinente columnas ædium, aut ipsum ædificium, ad similitudinem Atlantis cœlum humero torquentis; qui etiam Latino vocabulo Telamonæ

lamones appellantur. Fiebant autem ferè gibbosâ figurâ, more eorum, qui onera dorso gestant: erantque omnino duo, interdum aversi, interdum se invicem spectantes. Martial.

Non aliter rideatur *Atlas cum compare gibbo.*

Es & Atlas, teste Herod. lib. 4. fluvius ex Hæmo monte nascens, & Aquilonem versus in Istrum defluens.

Atlânticus, a. um, *ἀτλαντικός*: ut Atlanticum mare, id est, ea pars Oceani, quæ Mauritaniam ab Occidente alluit: ita dictum ab Atlante monte, qui eam Oceani partem respicit. Cic. de somnio Scipionis. Omnis terra qua colitur à vobis, parva quædam insula, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Mar. Oceano.

Atlânticus, a. um. Horat. 1. Carm. od. 34. Atlanteusque finis concutitur. Pleiades Atlanteæ, apud Ovid. 3. Fast.

Atlântides, æ, & per epenthesim Atlantiades, *ἀτλαντίδες*, *ἡ ἀτλαντίδης*. Patronymicum masculinum: quo Poëtae utuntur per Mercurio Maiæ filio & nepote Atlantis. Ovid. 8. Metam.

Venit Atlantiades positis caducifer alis.

Atlantiades, Insulae fortunatae, Plutarch. Atlantidos arva Calypsus, Tibul. lib. 4.

Atlântis, idis, sive Atlantias, adis, *ἀτλαντίς*, *ἡ ἀτλαντίς*, Patronymicum fœmininum, significans filiam, vel neptem Atlantis. Virg. 8. Aeneid.

Eleætra Atlantiade cretus.

Silius lib. 16.

Vixque Atlantiadum rubefecerat ora fororum.

Ubi Atlantiades sorores vocat Pleiades, de quibus suprà. **A**tlantiades, *ἀτλαντίδες*, Vergiliæ dictæ sunt. Atlas enim ex Pleione Oceanî filia, ut ait Higinus (alii, Deucalionis) habuit quindecim filias, quæ uno vocabulo Atlantiades dicuntur. Verum quinque ex his Hyades sunt nominatæ, à fratre Hyante à sororibus plurimum dilecto: reliquæ Pleiades à matre dictæ. **V**ergiliæ dicuntur, quia cum Vere exoriuntur. Et sunt septem, quarum sex clarissimè apparent: septima vero, quia Sisypho nupsit, non videtur. Cicero ait, Hyadas à pluendo dictas. Nostri Siculas vocant à suisibus, quoniam sues luto gaudent. Indicant enim pluvias.

Atlântus nodus, primus spinæ atticulus vocatur à Plin. lib. 18. cap. 9.

ATNÉPÖS, ôtis, filius abnepotis, vel abneptis, *{ οὐνέπος }.* GALL. Le neveu de mon neveu en droite ligne. ITAL. Nipote di mio nipote per dritta linea. GERM. Der enkel meines enkels. HISP. El tercero nieto, ò nieto del nieto. ANGL. My nephew or nephews. }

Atneptis, filia abnepotis, vel abneptis. Inst. lib. 3. sit. 6. *{ Ατνέποντος }.* GALL.

Lanepce de mæniepce en droite ligne. ITAL. Figliuola della nipote in terza generazione. GERM. Die tochter meines Kindes Tochter. HISP. La tercera nieta, nieta de la nieta. ANGL. My niece or neice. }

ATOCION, *ἀτόκιον*; dicitur omnis medicina quæ conceptum abigit, hoc

est, spem partus infecit. Plin. lib. 29 cap. 4. Tertium genus est co-

denti phalangii nomine araneus, lanuginosus, grandissimo capite: quo dissecto inveniri dicuntur intus vermiculi duo, adaligatique

mulieribus cervina pelle, ante Solis ortum, præstant ne concipi-

ant. Vis ea annua est, quam solam ex omni atocio dixisse fas sit: quoniam

aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.

ATOMUS, gen. fœm. individuum corpusculum, quod *τοπεῖ*, id est, sectio-

nem non recipit: *{ άτομος }.* GALL. Chose si perite qu'on ne la sauroit

diviser. ITAL. Atomo, indivisibile. GERM. Ein ding das man nit theilen kan. HISP. Cosa no partible en partes, que no se puede partir. ANGL.

A mote in heesunne. } Res quæ *τοπεῖ*, id est, sectionem non recipit.

Nam atomos inseparabilis dici potest, ab æ, & *τοπεῖ*, dividere, seco. Unde

& Atomæ dictæ sunt quas Lucretius minutiores dixit esse illis cor-

pusculis, quæ infusis per fenestram radiis Solis, videmus. Unde

Epicurus ex suis atomis mundum struit, & universa conformat, & ca-

rundem dissolutione dissoluit. Cic. 1. Acad. Quid est enim magnum,

quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita

enim appellat atomos) concursione fortuita loqui? Vide Gifanium

in Lucretium. **S**unt etiam atomi in corpore, ut lapis quum dividit-

ur usque ad minutiam, quæ dividendi & secari non possit. **D**icitur

